Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



181 222

sant intelligere in die prima mensis septimi: et
legit in eo in platea quae erat ante portam aquae
a mane usque ad mediam diem in aspectu virorum
et mulierum et sapientium Et aures omnis
populi erant erectae ad librum Stetit autem esdras
scriba super gradum ligneum quem fecerat ad lo
quendum: et steterunt iuxta eum Et aperuit
esdras librum coram omni populo Et benedixit esdras
domino deo magno: et respondit omnis populus amen
Elevans autem omnis populus manus suas: incurvati
sunt et adoraverunt prone in terram Porro
levite silentium habebant in populo ad audiendum
legem: populus autem stabat in gradu suo Et legerunt
in libro legis dei: distincte et apte ad intelligen
dum Dixit autem nehemias sacerdos Scribae et
levite dies sanctificatus est domino deo nostro:
nolite lugere: nolite flere Et dixit eis ite co
medite pinguia: et bibite mulsum: et mittite
partes eis qui non praeparaverunt sibi: quia sanctus
dies domini est: et nolite contristari: gaudium enim domini
est fortitudo vestra Gr. Tribulationes cordis
meae dilatatae sunt de necessitatibus meis eripe me domine
V. Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia
Alt. Respondens secundum marcam petra mea
unus de turba: dixit ad eum magister: attu
li filium meum ad te: habentem spiritum mutum: Qui
ubicumque eum apprehenderit allidit eum: et spu
mat et stridet dentibus et arescit Et dixi ad
discipulos tuos ut ejicerent illum: et non potue
runt Qui respondens eis dicit O generatio
incredula: quamdiu apud vos ero Quam